



96. graduum (a) coagulabilia, & cra-  
sa ipsa liquida assidue resolvens, &  
reliquæ tot excretiones, ingens hoc na-  
turale dispendium satis evincunt.

Verum vis ipsa vitæ firmas corpo-  
ris partes destruere non definit; actio  
enim cordis nunquam quiescens, in  
convexitates flexionum vasorum, im-  
petu vehementi sanguinem projiciens,  
ea in rectitudinem exporrigit, & in fle-  
xionem sibi innatam centies millies,  
juxta magni *Halleri* calculum, (b) in-  
tra singuli diei spatium redire comper-  
tum habemus.

Sub tali ergo irrequieta frictione,  
& impetu quibus metalla duriora ipsa  
atteruntur, corporis nostri partes ex  
terra friabili glutine interposito cohæ-  
rente compositæ, mirum quantum in-  
de resolvi, & consumi debeant!

Per-

(a) Fahren. Thermometr.

(b) Physiolog. de Cordæ Cap. V.